



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Claudius Episcopus. Desiderium humiliandi se.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)

164
tinæ
co af-
, à S.
atum
Cune-
ralem
o illis
patri-
rona-
trans-
quibus
vit an-
pera-
ab eo
privi-
sterio,
nniter
rixia
norem
norbo
1036,
s quie-
corpus
n exci-
eatus.
ad ex-
s suas.



S. CLAUDIUS EPISCOPUS.

Desiderium humiliandi se.

Deus, qui S. CLAVDIVM, abdicato Epi-
scopatu mirabilem in vita, post mor-
tem miraculis fecisti clariorem; da fa-
mulis tuis novissimum humiliter lo-
cum eligere, & primum declinare.

Ora pro nimis se extollentibus,

¶

CLAVDIVS, circa Salinas in' Burgundia natus, ætatis anno 20 fuit Vesontiensi Clero adscriptus. Hoc in gradu sic se probavit, ut, cum Episcopo mortuo electorum discordarent suffragia, vox de cælo allapsa jusserrit CLAVDIVM, qui id metuens fugam arripuerat, Episcopum fieri. Retractus ergo ordinatusque, Epaonensi Concilio anni 517 interfuit, præfuitque Ecclesiæ annis 7. Postea honori renuntians, in Condatiscense S. Engendi monasterium se abdidit, factus Monachus. Verum vix annis tribus sic vixerat, cum votis omnium electus est Abbas, magno cum loci illius commodo, cui vivus prudentia sua multipliciter profuit, sed mortuus anno 581 multo etiam magis miraculis: unde factum ut S. CLAVDII deinceps vocatus locus sit. Incorruptum semper corpus, anno 1243 solenniter translatum fuit: exindeque scripta invenitur longa miraculorum series, quorum præcipua relata legentur in Actis Sanctorum Bollandianis, opera Petri Francisci Chiffletii, ex ipsius loci monumentis collecta.

Cum vocatus fueris ad nuptias; vade, regumbo in novissimo loco. Luc. 14.